

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XXV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

Lusitanus, qui circiter 30. annos Goæ in India medicam artem exercuit, his verbis describit: Magnitudine oleam ferè æquat, multis ramis prædita, non ijs quidem contortis, sed rectis fermè folijs, lauri quidem colore, sed forma ad Citri folia accedente, floribus candidis, fructu nigro & rotundo, auellanae ferè magnitudine aut exiguis oliuis simili. Est autem Canella, nihil aliud nisi secundus & interior arboris cortex. nam hæc arbor duplici cortice munita est veluti suberis arbor, non eo tamen adeo crasso & distincto. Exemptus ergo cortex crasso illo & exteriori libro repurgatur: deinde in laminulas quadrangulas sectus humi abijcitur, atque ita per se conuoluitur, vt trunci vnus rami integer cortex videatur. Cum tamen duntaxat partes sint corticis in tubulos digiti crassitie conuolutæ, truncus vero interdum femoris crassitudine reperiatur. Roseum autem illum siue ex cinereo vinosum colorem solis calore contrahit: qui non probe paratus, candicans siue cinerei coloris fit, nisijs vero ardoribus solis adustus, niger. Exempto cortice, tribus postea annis ab ea arbore abstinetur.

Ementes igitur Ormuzi incolæ eam canellam à Chinesibus. Idcirco eam Darchim, quod Persis lignum Chinense sonat, appellarunt: deinde Alexandriam vehentes, vt eam Græcis eò confluentibus carius venderent, Cinnamomum vocarunt, quod significat lignum odoratum, quasi Amomum ex China delatum. Deteriori autem Canellæ, quæ scilicet ex Malauar & Iaoa delata esset, idem nomen quo in Iaoa appellatur, indiderunt, scilicet Cais manis, quod lingua Malaya, dulce lignum sonat (hanc corrupto vocabulo Cassiam Græci dixerunt) duo diuersa nomina eidem rei impo-
nentes.

Aromata, à ῥόμμι, conforto, corrobore. *Myrrha* electa, quæ statè alias nominatur, quòd sua sponte ex arbore Myrrha, non incisa, aut contrusa, profluat. Est enim Myrrha, nomen arboris, & lachrimæ. *Galbanum*, est liquor plantæ ferulaceæ in monte Amanò nascentis. Dioscorid. lib. 3. cap. 79. *Onychium*, ὄνυξ seu Vnguis odoratus, est crusta conchylij Indici, spirans odorem Nardi, à similitudine vnguis humani sic appellata. *Thus* est nomen arboris, & distillantis ex ea lachrymæ candidæ, quæ incensa liquefcit, & odorem fragrantem spargit. Confert autem sapientiam seu doctrinam verbi diuini odoribus, quia bene fragrantem de Deo famam late spargit, & alios ad veri Dei agnitionem & celebrationem inuitat, ac vt florentis vitis aut rosæ odor, mirifice nos recreat & delectat, 2. Corinth. 2. Odorem notitiæ suæ spargit per nos in omni loco. Nam Christi bonus odor sumus, &c. Iohan. 15. Ego sum vitis, vos palmites. *Venite ad me*. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Esa. 55. Iohan. 4. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite. *Phison*. Vberratem & copiam doctrinæ aliarumque sapientiæ vtilitatum amplissimam & inexhaustam illustrat collatione quatuor amplissimorum fluminum Paradisi & Iordanis in messe exundantis. Phison, Indiæ fluuium Gangen, &c. esse scribunt. *Jordanis in messe*. Ios. 3. De Nili exundatione relegant studiosi primas paginas in Euterpe Herodoti.

Caput XXV.

TRIA sunt longè pulcerrima, quæ Deo & homini-
bus valde placent. Concordia fratrum. Amor mu-
tuus inter vicinos. Maritus & uxor, quibus bene
conuenit. Tria sunt, quæ odi ex animo, & omnium mihi molestif-
sima sunt. Quando pauper est superbus. Diues qui libenter men-
daciâ loquitur. Et decrepituſ senex inuentus in adulterio. Si eta-
te florenti non congregas, in ſenectute quid inuenies? O quam iu-
cunda res eſt, quando canities coniunctam habet ſapientiam, ſene-
ctus prudentiam, et cum principes ac magistratus intelligētes ſunt
& prudentes. Corona ſenum eſt eſſe multa expertos, & gloria eo-
rum, quando timēt Deum. Nouem res ſunt, quæ in corde meo
valde laudanda duco, & decimum ore meo predicabo. Virum cui
datur letari in liberis ſuis. Qui tam diu ſuperſtes eſt, ut videat in-
teritum inimicorum ſuorum. Beatus qui habet uxorem pruden-
tem. Qui ſermone ſuo non damnum dat. Qui non cogitur ſeruire
indignis. Beatus qui habet amicum fidum. Beatus qui prudens eſt.
Qui docet apud eos, qui libenter attendunt & audiunt. O quam
magnus vir eſt, vir ſapiens. Qui autem timet Deum, hūc nemo ſu-
perat. Nam timor Dei excellit omnes res. Qui tenaciter huic ad-
heret, quem huic conferes?

Concordia.

Senilis pru-
dentia.Timor Dei
ſummum bo-
num.

Mala mulier.

Mala mulier.

Nihil eſt acerbius dolore cordis ſeu animi. Non aſtutia, ſupra
aſtutiam mulierū. Non ſunt inſidiae ſuper inſidias inuidi. Non eſt
cupiditas vindictæ, ſupra cupiditatem inimicorum. Non eſt caput
ullum aſtutius capite ſerpentis. Non eſt ira tam acerbâ, quàm eſt
ira mulieris. Mallem leoni & draconi cohabitare, quàm mulieri
irritatæ. Cum excandescit, mutat vultus ſuos & nigrior fit quoniam
ſacco. Maritum eius pudet illius & cum exprobratur ſibi, dolet
animo eius. Omnis malitia leuior malitia mulieris inuida. Eueniat
ei, quod euenit impijs. Mulier loquax marito modoſto perinde eſt,
atq; via arenosa ſurſum tendens ſeni decrepito. Vide ne decipiaris
quod formoſa eſt, neq; concupiſcas eam. Quando dotata mulier
ditat virum, nihil ibi eſt quàm rixa, contemptus et ingens contu-
melia. Mulier mala triſtitia eſt cordis & vultus, & vehemen-
tiſſimus dolor animi. Mulier quæ non letificat maritum, ta-
edium conciliat rerum aliarum omnium. Peccatum à mulie-
re ortum eſt, & propter ipſam omnes ſumus morti obnoxij. Si-
cut in-

cut inundationi subita non permittenda est via: Ita non indulgendum est voluntati mulieris. Si non sequitur ductum tuum, da illi libellum repudij.

Caput XXVI.

Bona mulier.

B

ENE huic, qui habet uxorem honestam. Hic eo magis longaeuus erit. Mulier œconomia est laticia mariti, & parat ei vitam tranquillam. Mulier pudica est preciosum donum, & datur huic, qui Deum timet. Siue diues sit, siue pauper, consolatio est illi, & exhilarat omni tempore eum. Tria sunt horribilia, & quartum est abominatio. Proditio, seditio, effusio innocentis sanguinis, quae omnia sunt tristiora morte. Verum hac primum cordis afflictio ingens est, quando mulier contra mulierem Zelotypa est, & traducit eam apud quosuis. Quando quis habet uxorem immorigeram, perinde est atq; par boum dispare robore, qui coniugari debent. Qui nanciscitur eam, nanciscitur Scorpionem. Mulier ebria ingens calamitas est. Nam pudenda sua tegere non potest. Mulierem impudicam produnt gestus & oculi. Si filia tua parum verecunda est, preme eam imperio, ne nimium libera indulgeat cupiditatibus suis. Si animaduertes quod circumspicit petulanter, attentus observa eam. Sin autem id neglexeris, & ipsa interim peccarit contra te, noli mirari. Nam sicut viator in aestu sitiens, anhelat, & bibit aquam undeuis obuiam, & in quouis ligno quiescere captat: ita & illa quicquid offertur, accipit. Mulier comis exhilarat maritum, & cum humaniter eum tractat, recreat cor illius. Mulier, quae tacere potest, est donum Dei, & mulier benè educata, omne precium superat. Nihil amabilius super terram quam mulier honesta, & nihil preciosius quam mulier pudica. Sicut sol cum exortus est & subuectus est in altitudinem caeli, ornamentum est à Domino mirificum: Sic mulier honesta, lumen ornatuq; mirus est totius domus. Mulier formosa, quae pudoris sui custos est, sicut lampas est splendida in candelabro sancto. Mulier, quae animo est constanti, est sicut columna aurea in basi argentea.

Redit ad
encomium
bonae mulie-
ris.

Caput